Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2061
Quelle:
Copyright:

SS. Fol. vero 166. p. 2. Lectiones Missarum de Dedic. Eccl. pro variis Necessitatibus, pro Fidelib. Def. prout habentur in fine *Missalium* nostrorum. Marginibus sequiori aevo varia adlita sunt. Ita *fol.* 1. Hymnus *Gloria in Excelsis* adaptatus Deiparae, Antiphona de illa e *Cant. Cantic.* contexta, et *Alma Redemtoris Mater*, omnia notis musicis instructa. *Fol.* 69. p. 2. *Benedictio agni*, puta Paschalis: *Deus uniuerse conditor creature, qui inter ceteras diuersarum creaturarum Species* &c. *Fol.* 73. p. 2. Hymnus paschalis: *Mundi renouacio nova parit gaudia* &c. *Fol.* 128. p. 2. Litaniae OO. SS. quos inter *Kylianus Fol.* 131. p. 2. Benedictio Uvarum: *Benedic Domine hos fructus nouos uue* &c. Adscripta haec ad Festum Purificationis B. *Mariae*. Certe temere. *Fol.* 156. p. 2. Hymnus: *O beata beatorum martirum solempnia* &c. *Pag.* ult. Hymni II. notis musicis superimpositis. Prior:

Gloriosa fulget dies exultet ecclesia
Angelis hominibus pax et leticia
Inmortali translatus emicat memoria
Valentinus pontifex spes nostra salus et gloria
Gaudet celum inclita presulis ex anima
Terra meritis corpore triumphat felix patauia. &c.

Unde liquet *Codicem* successu temporis ad hanc Dioecesin pervenisse. Alter:

Aue gemma claritatis ad instar carbunculi
Aue rosa paradisi flore fragrans balsami
Katharina uirgo felix &c.

DCCCXXXVI.

R. 3130 Codex chartaceus boh. lat. Sec. XIV. Folior. nunc 174. utpote initio et fine mulctatus, charactere luculento exaratus, et minio distinctus continet I. Lectiones *Evangeliorum* per anni decursum diebus dominicis et festis usitatas in Ecclesia. Quoniam autem prima folia deperierunt, initium nunc est ab Evangelio Dom. infra Octav. Epiphaniae: *Cum factus esset Jesus annorum duodecim* &c. *Luc.* c. 2. Ita: *Wonom czassy kdyz budyssye Gezyss nadwanadcztelet pogydechu do Geruzalema yakoz obyczyey hodny* &c. Versio haec Bohemica e mente Cl. *Dobrovii* αὐτοπτου est antiquissima omnium, quae in Codd. mss. supersunt, sed minus adcurata, et erroribus plena. Sunt in locis difficilioribus omissiones quaedam Interpreti imputandae, aliae pluribus Librariis, cum tot errores vix ab uno proficisci potuerint.